



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De his qui altario Dei deseruiunt, si subitò flenda carnis fragilitate
coruerint. lxxiiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

huiusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei pri-
uata est expetenda secessio. Vbi illis satisfactio si fuerit di-
gna, sit etiam fructuosa.

Ut ordinati in grauioribus peccatis deprhensi, non ma-
nus impositionem, ut laici accipere debeant.

Caput LXXI.

Ex cōcil. Cartha. cap. 27. Item confirmatum est, vt si quando presbyteri vel dico
ni in aliqua grauiore culpa conuicti fuerint, qua eos am-
misterio necesse sit remoueri, nō eis manus tanquam peni-
tentibus vel tanquam fidelibus laicis imponatur, neq; per-
mittendum vt rebaptizati ad clericatus graduum promo-
ueantur.

De clericis qui corporali delicto delinquunt si restau-
rari possint. Cap. LXXIII.

Ex epist. S. Isidor. ad Mas- sonem. Nulla est in huiuscemodi sententiis decretorum diuer-
sitas intelligenda, quod alibi legitur in lapsu corpo-
rali restaurandum honoris gradum post pœnitentiam. Al-
ibi post huiusmodi delictum, ne aquam reparandum prioris
ordinis meritum, haec enim diuersitas hoc modo distin-
guitur. Illos enim ad pristinos officij gradus redire prece-
pit canon, quos pœnitentiae præcesserit satisfactio, vel
igna peccatorum confessio. At contraria qui inque à vitio
corporis emendantur, ad hoc ipsum carnale delictum quod
admittunt, etiam vindicare quadam superstitione temeri-
tate nituntur, nec graduin utiq; honoris, nec gratiam com-
munionis recipient.

De his qui altario Dei deseruiunt, si subito flenda carnis
fragilitate corruerint. Cap. LXXIII.

Ex cōcil. Euerdēsi. cap. 5. Huius qui altario Dei deseruiunt, si subito flenda carnis
fragilitate corruerint, & domino respiciente digni-
pœnituerint, ita vt mortificato corpore, cordis contritus
crificium Deo offerant: maneat in potestate pontificis, vel
veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos proli-
xiore tempore, ab Ecclesiæ corpore segregare: ita tamen, si
fic officiorum suorum loca recipient, ne possint ad al-
tiora officia vterius promoueri: quod si iterato velut ca-
nes ad vomitum reuersi fuerint, & velut sues in volatibus
immersi iacerint, non solū dignitate officii careant,
sed etiam sanctam communionem non nisi in exitu, per-
cipiant.